



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XL. Abbatia S. Ioannis De Vineis apud vr bem Sueßionensem, & aliae  
in Gallia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

Aa (qui inde per Grauelingā lapsus in Oceānum deuoluitur) & vnitum cum Episcopatu Audomaropolitano.

De eodem monasterio sic legitur in MS. Chronico Bertiniano per Ioannem Iperium Abbatem S. Bertini conscripto.

*Anno millesimo septuageſimo ſecundo, Rober- 1072.  
tus Friso, Flandriæ Comes, fundauit monaſte-  
rium VVatinense Canonicorum regularium, in  
honorem Beatæ Mariæ Virginis, vbi prius Eccle-  
ſiola fuerat beati Richarij Confessoris. Sic Ipe-  
rius.*

#### CAPUT XL.

#### ABBATIA S. IOANNIS DE VINEIS apud urbem Sueſſionensem, & alia in Gallia.

**I**Llustre iſtud *S. Ioannii* monasterium anno 1076. condidit *Hugo*, Caſtri Theodorici Dominus. Eſt & alia apud Sueſſiones Abbatia, nimirum *S. Crispini* in Cauea, quæ olim fuit Congregationis Aroafiensis: de qua vide ſuprâ cap. 10.

Abbatiam *S. Mariæ Magdalena*, apud Caſtrodunum, fundauit Carolus Magnus; quam poſteà Innocentius Secundus, Eugenius Tertius: & alij Pontifices Romani multis priuilegijs donarunt; vt teſtatur Choppinus lib. 2. Monasticōn.

Abba-

Abbatiam *S. Mariae de victoria* in vrbe Siluanectensi( quæ est vna ex tredecim Abbatijis Victorianæ congregationis reformatæ) fundauit, ac dotauit Ludouicus Crassus Galliæ Rex anno 1131.

Abbatiam *S. Rufi de Valentia* in Delphinau, suæ congregationis caput, anno 1092. multis priuilegijs Vrbanus II. ornauit: teste Choppino lib. 2. monast. tit. 1.

Ceterum Reformata Canonicorum Regularium S. Rufi Congregatio circa annum Christi 1107. sumpfit exordium: de qua vide supra cap. 11. Abbatiam *S. Martini Niuerensis*. à qua multi Prioratus dependent, idem Innocent. II. priuilegijs anno 1130. stabiliuit.

Monasterium omnium Sanctorum in d. Catalaunensi anno. 1063. à fundamentis excitauit Rogerius II. Epif. Catalaunensis.

In Gallia itemque in Hispania, multæ Ecclesiæ Cathetrales seu Episcopales, olim fuerūt Regulares, sine Canonicorum Regularium: vt *Tolosana*, teste Choppino lib. 1. de Politia sacra tit. 3. Item Cabilonensis S. Vincentij, teste Petro San-Juliano lib. de Antiquitatibus Cabilonensibus. Item Sagiensis, & alij.

Hic vt Cæsaraugustana in Hispanijs Ecclesia Metropolitana fuit Canonicorū Regularium, vsque ad tempora Philippi II. Regis Catholici.

CAPVT